UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Proiecto episcopo et martyre. Cap[itulum]. xxij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

diſponēte. ¶ Fuit inſuper miraculoſa ratione pauli patientis. In quo tam miraculoſe cōcurrerunt: ſcꝫ proſtratio: obcecatio: ⁊ triduana ieiunatio. ¶ Eſt eñ ꝓſtratꝰ: vt erigatur: quantū ad depreſſum affectū. Auguſtinus. Eliſus eſt emens ⁊ factus eſt credens: eliſus eſt lupus ⁊ factus eſt agnus: eliſus eſt ſaulus ⁊ factus eſt paulus: eliſus eſt perſecutor et factus eſt predicator: eliſus eſt filius perditionis ⁊ erectus eſt vas electionis. ¶ Et obcecatus: vt illuſtret quantū ad tenebroſum intellectum: vnde ⁊ in illo triduo quo māſit cecus: doctus fuit euāgeliū. Auguſtinus. Paulū dico verū athletā xp̄i: doctum ab illo: vnctū de illo: crucifixū cuꝫ illo: ⁊ glorioſum in illo. ¶ Eſt in carne maceratus: ⁊ vt ip̄a caro diſponatur ad bone operationis affectuꝫ. Optime eñ deinceps corpus eius ad oīa diſpoſitū erat. Nam eſurire ⁊ abūdare ſciebat: ⁊ vbiqꝫ ⁊ in oībus inſtitutus erat oīa omnibus factus: vt omnes xp̄o lucrifaceret. ¶ Uel dicat̄ ꝙ in ip̄o fuerūt iſta tria primo parenti cōtraria. In adam eñ fuit cōtra deū erectio: oculorū apertio: et ſibi vetiti deguſtatio. E contra in paulo fuerunt. Ad terrā proſtratio. Oculorum obcecatio. Et ciborū ſubtractio. Fuit aūt de tribu beniamin ip̄e paulus oppido giſcolis: vt ait hieronymꝰ in libro de viris illuſtribus: q̄ ad ſeptem eccleſias nouē ſcripſit epiſtolas. Ad romanos vnam. Ad corinthios duas. Ad galathas vnā. Ad epheſios vnaꝫ. Ad philippenſes vnam. Ad coloſcenſes vnā. Ad theſſalonicenſes duas. Scripſit ⁊ diſcipulis ſuis. Timotheo duas. Tito vnaꝫ. Philemoni vnā. Epiſtola que legitur ad hebreos an ſua fuerit: propter ſtili cultioris elegantiam a nōnullis dubitatū eſt. Aſcribunt eñ eā: alij barnabe: alij luce: pleriqꝫ clementi qui poſtea pontificalē in vrbe tenuit ſedem. Clemēs tamē alexandrinus ⁊ origenes eius diſcipulus: euſebius ceſarienſis atqꝫ hieronymus: pauli fuiſſe manifeſte cōfirmant: qꝛ hebreus ⁊ hebreis in proprio ſcripſit eloquio. Ideo ornatius ⁊ cultius ſcribere potuit quam in extero. Et ſic in grecū ſonātius transferri potuit ex hebreo. Legunt quidā ⁊ aliam eius epiſtolam ad laodicenſes: ſed ad noſtris explauditur. Fuit autē feſtū conuerſionis pauli die qua ad litterā ab eccleſia celebratur: videlicet octauo kalendas februarij. ¶ Fertur ꝙ in muro ciuitatis damaſci adhuc extat feneſtra: per quaꝫ paulus tunc nuper conuerſus a fratribus dimiſſus fuit cum quereretur a prepoſito regis arache tenēdus: vt habetur actuū. ix. ⁊ .ij. corint. xij. quam feneſtram ſepius ſaraceni obturarunt ad cuſtodiam ciuitatis: que tamē facto mane ſemper diuinitus aperta inuenta eſt. Cuius miraculi teſtes ipſi ſunt ſaraceni qui hoc noſtratibus retulerunt.

¶ De ſancto Anania diſcipulo. Capitulum. xxi.

Ananias diſcipulus apoſtolorum fuit. Cui dominus apud Damaſcum per viſum apparuit: et eidem mandauit: vt in vicum qui vocatur rectus accederet: ⁊ in domū iude ſaulum tarſenſem quereret: eiqꝫ manum imponeret: vt viſum reciperet: ac baptizaret: prenuncians ipſum vas electionis futurum: et nomen chriſti coram gentibus et regibus et filijs iſrael portaturum. Qui iuſſu domini ad ſaulum acceſſit: manuſqꝫ imponens oculos eius aperuit: baptizauit: et cibo refecit. Qui etiam deinde exemplo Pauli ad officium predicationis feruentior effectus eſt. Ip̄oqꝫ fideliter peracta apud Damaſcum quieuit in pace: eodem die quo et paulū baptiſmo genuerat filiū: videlicet octauo kalendas februarij. Hūc ananiam dorotheus abbas ſcribit vnum ex ſeptuaginta duobus diſcipulis chriſti fuiſſe: ⁊ ab apoſtolis poſt pauli conuerſionem; damaſci epiſcopum ordinatū extitiſſe.

¶ De ſancto Proiecto epiſcopo et martyre: Cap. xxij.

Proiectꝰ epiſcopus Auernen̄. et martyr: vt ait ſigibertus: tempore cōſtantini iunioris martyrium paſſus eſt. Quē dū adhuc mr̄ invtero geſtaret: vidit in ſomnis: ꝙ ꝑ latus eiꝰ egrediebat̄ filius ſanguine rubricatus: qđ ſibi quidam ſeruus exponens: predixit ex ea filium naſciturum: ipſumqꝫ martyrio coronandum. Natus ergo puer et moribus ac vita inſignis effectus: ſatis iuuenis archidiaconus auernen̄. eccleſie factus: omnia ſua pauperibus erogabat. ¶ Dum autem quadam vice ad illum multi pauperes pro elemoſyna conueniſſent: et famulus duos ſocios nummos in ſacculo ſuperfuiſſe nūciaſſet: ceteris omnibus diſtributis: effuſo ſacculo tot nummi reperti ſunt: quot pauperes affuerunt: ſinguliqꝫ ſingulos acceperunt. Mortuo ſc̄o epiſcopo felice eidem proiectus in epiſcopatu ſucceſſit oīni ſanctitate et gratia pollens. Dumqꝫ ad regem frācorum vocatus eſſet: ad ſanctuꝫ Marinum abbatem egrotantem diuertit: eumqꝫ ab infirmitate ſanauit: qui cum ſecutus vna ſecum martyrij gloriam percepit. Nam cum illi viſitato rege reuerterētur: et quidam emuli viri ſancti eos inſequerentur: marinum quidem abbatem decollauerunt: et putantes ſe ſimiliter proiectuꝫ occidiſſe redibant. A quo reuocati: poſtꝙ illum viuentem eorum euaſiſſe manus co-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

gnouerunt:ipſum excerebrantes ꝛ iugulantes
dimiſerūt. Cuius corpus auernis ſepultū eſt.
Radebertus autē qui ipm̄ occiderat nō multo
poſt conſumptus a vermibus expirauit. Alius
ꝗ̄o de interfectoꝛibus: dum venaretur ex equo
decideus fracto dextro bꝛachio oībus mēbꝛis
debilitatur. Qui ad penitentiā reuerſus oꝛās
ad ſancti martyꝛis ſepulchꝛū: ſalutez obtinuit:
ꝛ vas argenteū decem marcharū pro ſue libe-
rationis beneficio in mun⁹ obtulit. Paſſus eſt
autem martyꝛ chꝛiſti vna cum ſancto Marino
abbate. viij. kalen. februarij.

¶ De ſancto Seueriano epi-
ſcopo. Capitulū. xxiij.

Seuerianus epiſco-
pus gabalitane ciuitatis admi-
rande ſanctitatis ꝛ doctrine vir
extitit: q̄ poſt laudabilē cōuerſa-
tionis vitā: ꝛ ſalutifere predica-
tionis doctrinam apud eandem vꝛbem in pace
quieuit. viij. kalen. februarij. Hic em̄ vt gēna-
dius ſcribit in ſcripturis diuinis eruditus et
in homelijs declamatoꝛ eximius: expoſuit epi-
ſtolaz pauli ad galathas. Et de baptiſmo ꝛ epi-
phanie ſolēnitate libellū inſignem compoſuit.
Hunc iohannes cōſtantinopolitanus ep̄us ꝛ ar-
chadius imperatoꝛ frequēter cōſtantinopolim
euocabāt: vt eius ſmones audirēt: quoꝝ tēpo-
rib⁹ ip̄e claruit: hec gēnadi⁹ de viris illuſtrib⁹.

¶ De ſancto Policarpo epiſcopo
ꝛ martyꝛe. Capitulū. xxiiij.

Policarpus
epiſcopus ꝛ mar-
tyꝛ diſcipulus io-
hannis euāgeliſte
fuit: et ipſius auditoꝛ. Hic vt
habetur. iiij. libꝛo hiſtoꝛie ec-
cleſiaſtice: fuit ep̄s ſmyꝛnen̄.
ſanctitate ꝛ gr̄a atq̄ꝫ doctrina
catholice fidei admodum in-
ſignis. Qui cuz iā eſſet etate
maturus: vidit quadam nocte per ſomnium cer-
uical ſuum flammis eſſe conſumptum: et pre-
dixit fratribus ſe per ignem martyꝛē futuruz.
Regnantibus ꝗ̄o marco antonio ꝛ lucio aure-
lio quomodo imperatoꝛibus: chꝛiſtianoꝛuz per-
ſecutione feruente miſſi ſunt ad eum appari-
toꝛes proconſulis aſie: vt eum tenerent. Quos
ille gratanter ſuſcepit: et in menſa refecit: et
poſtea ſecum iuit. Et dum coꝛam proconſulis
tribunali chꝛiſtum viua voce confiteretur: exci-
tato clamoꝛe gentilium ꝛ iudeoꝛum contra eū
iuſſu proconſulis traditur ignibus concremā-
dus. In quo dum eſſet immiſſus flammaꝝ glo-
bis vndiq̄ꝫ valabatur: ita vt ipſe in medio in-
cendij ſibi cedentis in modum camere ſtaret: ꝛ
deum gloꝛificans cōburi nō poſſet. Tuncq̄ꝫ ſpi-
culatoꝛ accedēs lancea ip̄m trāſfodit: ꝛ ſangui-
nis pfluuio ignis extinct⁹ fuit. Cui⁹ reliquias
chꝛiſtiani ſepelierunt in ciuitate ſmyrne. Poſt
cui⁹ tranſitū. xij. alij diſcipuli qui eū a laodicia
veniētes ſecuti fuerāt: martyrium paſſi ſunt in
eadē ciuitate. Hic btūs ep̄s ob quaſdaz paſche
queſtiones romā veniēs antonio pio imperium
gubernāte: anacleto ꝗ̄o papa romane tūc eccle-
ſie preſidēte: plures xp̄ianos martionis ꝛ valē-
tini hereticoꝝ irretitos laqueis: ad fidē catho-
licam cōuertit. Scripſit aūt ad philippen̄. epi-
ſtolam vtilē valde. Paſſuſq̄ꝫ eſt martyriū annū
agēs etatis. lxxxvi. die. vij. kal. februarij. Hec
Hieronymus de illuſtribus viris.

¶ De ſctis Theogene ꝛ ſocijs mar. Cap. xxv.

Theogenes martyr cuz
alijs. xxxvi.
chꝛiſtianis martyriū paſſi ſunt
i eadē ciuitate laodicie ꝑmiſſa
pſecutione vigēte: q̄ cōtēnen-
tes tempoꝛalē moꝛtem coꝛonaꝫ
vite eterne adepti ſunt. vij. kalendas februarij:
vt dicit Hieronymus.

¶ De ſancto Iona ꝓpheta. Cap. xxvi.

Ionas prophe-
ta fuit de oppido geth que
eſt in ophir ad differentiaꝫ
geth que eſt in paleſtina: et
eſt nomen regionis. Ophir
em̄ nomē eſt turris nebulo-
ſe: que nō lōge erat a tēplo.
Hūc hebꝛei affirmāt illiū fuiſſe mulieris vidue
ſareptane ſidonioꝝ: ad quas helias famis tp̄e
declinauit: ip̄mq̄ꝫ moꝛtuū ſuſcitauit. Quē tem-
poꝛib⁹ hieroboā filij ioas regis iſrł claruiſſe:
ꝓphetiā quoq̄ꝫ exoꝛſum fuiſſe: qr⁹ liber regūz
cōmemoꝛat. In condēnationē aūt iſrael ionas
ad gentes mittit̄ q̄ niniue agente penitentiaꝫ
illi in malicia pſeuerabāt. Qui idcirco ad nini-
uitas predicādos ire recuſabat: qꝛ cū ꝓphetia
illumināte: petōꝛes ciuitat̄ niniue miſicoꝛdiā
dei cōſecuturos ſperare ne falſa videret̄ predi-
care ſententiā ꝯtra eos placatā reuocari nolebat
diuine diſpēſationis ignarus q̄ ſalutē hominū
ad ſe reuertētiū magis vult q̄ interitū. Ideoq̄ꝫ
ſe a facie dei fugere putās: deſcendit ioppem:
aſcendit nauē euntē in tarſum: deditq̄ꝫ naulum
nautis. Sed de⁹ cui⁹ voluntati nemo poteſt reſi-
ſtere: q̄ ꝛ eēntialr̄ eſt vbiq̄ꝫ: miſſo vero validiſſi-
mo tēpeſtate turbauit mare: piclitat̄ nauis: ti-
mēt naute: ꝛ inuocato dn̄o de ſalute deſperātes
moꝛe āriquoꝝ pctō alicui eoꝝ periculū cūctoꝝ
aſcribūt: hoīem illū ſoꝛte inq̄rendū decernunt.
Ionas ſoꝛte depꝛhendit̄: ſpōte in mare mittit̄:
ꝛ tempeſtas ſedat̄. Ionam deo diſpēſante cete
deglutit: ꝛ poſt triduum eūdem in aridaz ille-
ſum euomit. Ionas flagello dei coꝛreptus ni-
niuē intrat: iudiciuz ſubuerſionis poſt dies. xl.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN